

saevī,” inquit, “ et ursī silvās incolunt. Lupus fortasse puerum etiam nunc crudēliter necat.” Itaque diū et diligenter puerum quaerēbant.

XVIII

Tandem in caelō columbās albās vidēbant. Columbae per caelum undique volābant et folia ad locum herbosum portābant. Parentēs ad locum contendērunt et ecce ! Infans in herbā placidus impavidusque dormitābat ; columbae in terrā, in arboribus passim sedēbant ; columbae per caelum volābant, et parvulī corpus foliis tegēbant. Nec lupī nec ursī infantem necāverant, quia Mūsae poētam etiam infantem semper conservant.

Post multōs annōs Horātius, iam adolescens, Rōmam, magnam urbem, incolēbat. Sed dīvina rūra et vītam rusticam semper laudābat. Mūsae per multa perīcula poētam conservāvērunt. Horātii carmina per tōtum orbem terrarum etiam nunc nōta et praeclāra sunt. Vōs quoque Horātii carmina mox legētis et in memoriae tabulis scribētis.

HORATIUS PUER

*carmina nōn prius
audīta Mūsarum sacerdos
virginibus puerisque canto.**

HORACE.

XVII

FĀBULAM dē Horātiō, poētā praeclārō, nunc vōbis narrābo. Apūlia regio est Ītalīae. Multās silvās, multōs et amoenōs campōs habet. In prātis herbōsis multī gregēs, multa equōrum boumque armenta errant. Hic ōlim Horātius habitābat, parvulus adhūc et mātī patrique cārus. Forte servōs, forte patrem mātremque fefellit, et sōlus per prāta amoena errābat. Grātī puerō erant flōrēs et herba et rūra dīvina. Mox autem puer, lūdō et errōribus fessus, in valle herbōsā iacuit et animum somnō profundō laxāvit. Intereā parentēs sollicitī puerum diligenter quaerēbant. Et parentēs et servī vehementer timēbant. “ Lupī

*This is real Latin poetry. It is not necessary to the story. Ask your teacher to read it to you.